

# Ex C. CORNELII TACITI

Ann. XIII. 57. 58.

**F**ādem estate inter Hermunduros Cattosq; certatum,  
magno praelio, dum flumen gignendo sale fæcundum, &  
conterminum, vi trahunt; super libidinem cuncta armis a-  
gendi, religione insitā, eos maxime locos propinquare cælo,  
precesq; mortalium à deis nusquam propriū audiri. Inde in-  
dulgentiā Numinum illo in amne, illisq; silvis salem prove-  
nire, non ut alias apud gentes eluvie maris arescente undā,  
sed super ardenter arborum struem fusā, ex contrariis inter  
se elementis, igne atq; aquis concretum. Sed bellum Her-  
munduris prosperum, Cattis exitiosius fuit. quia victores di-  
versam aciem Marti ac Mercurio sacravere; quo voto equi,  
viri, cuncta victa occidioni dantur. Et minæ quidem hosti-  
les in ipsis vertebantur.

## §. I.

**G**ALIS, Salis/ Sole/ HALÆ, HALLÆ,  
nominum origo, propter scriptionem,  
vestigari primū debet. Sal Latinorum vox nec à saliendo, nec à salo,  
multò minus sole, (ut eruditissimus  
in Commentar. de Sale Vir. c. i. statu-  
it,) sed à Græco nomine ἄλς, ἄλω, de-  
duci vulgo lolet; qvod in fœminino mare, ut in masculino sal significat, inversum per metathesin. Qvam in-

A

rem